



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 49. Bohemiæ Ordinum Conventus in nova Curia Pragensi celebratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. sponsum, tanquam Bohemicæ con-
 A. C. 1609. fessionis addicti excluderentur, sed in-
 super crimine rebellionis, læsæque Ma-
 jestatis notarentur: Eapropter, ut fal-
 tem simulatam Cæsari obedientiam ex-
 hiberent, non quidem in Curia, sed in
 arcis palatio conventus suos habuerunt,
 ab Imperatore petentes, ut ipsemet eis
 locum assignaret, ubi apologiam con-
 scribere, & sibi de legitima defensione
 prospicere valerent: Cæsare autem e-
 jusmodi locum concedere renuente, ipsi
 ex arce velut ex equo Troiano turma-
 tim ad novam Curiam confluxere, præ-
 stitito invicem juramento, quod hac in
 causa vel mortem vel libertatem simul
 oppetere vellent: cum vero ocellulas
 invenirent fores, conventum suum ad
 diem nonam Maji differre coacti sunt.

§. XLIX.

*Bohemicæ Ordinum conventus in nova
 Curia Pragensi celebratus.*

Merc. tom. 6. p. 379. l. 3. **P**ræstituta igitur die hora septima ma-
 tutina trecenti & amplius avulso a
 foribus Cæsaris sigillo, referatisque se-
 ris Curiam ingrediuntur, quibus con-
 fidentibus denuo Bodovitsius eorum de-
 clamator orationem habuit, in quo eos
 ad fiduciam in Deum, ardentisque pre-
 ces hortatus, Hymnum *Veni Sancte Spi-*
ritus

ritus intonabat; rara enim est impie- Sæc. XVII.
 tas ac seditio, quæ Religionis sancti- A. C. 1609.
 tate non abutitur: Hæc dum fiunt, ar-
 matum instare militem, falsus spargi-
 tur rumor, quo audito una omnes ad
 equos suos convolant, ac se mutuo ad
 resistendum Cæsareis hortantur, advo-
 lant mille ducenti equites, trecentique
 pedites præter alios sectæ suæ socios,
 qui decem millibus haud pauciores non
 jam in Dei patrocínio, sed in iniqua vi
 fiduciam reponentes, cum gladiis, hastis,
 securibus, baculis saxisque accurrerunt:
 Proceres autem habito mox delectu
 mandatum dedere, ut Seniores omnes
 curiam ingrederentur, reliqui in excu-
 biis starent. Ceterum vix illis Curiam
 ingressis quidam ex arce advenere, nun-
 tiantes, quod Cæsar Legatos suos, dum-
 modo tuto venire ipsis liceret, ad Pro-
 testantes missurus esset. Annuentibus
 illis paulopost advenere supremi post
 Cancellarium Ministri, quos inter Stern-
 bergius Comes exposuit, quod Cæsar
 bellicos hosce tumultus valde miraretur,
 cum ipse nil hostile adversus eos
 unquam molitus, illos semper tanquam
 fideles subditos agnovisset, utque id
 omnibus palam faceret, nova comitia
 pro componendo Religionis dissidio brevi
 indicere decrevisset. Ad hæc Bodoviti-
 sius actis Cæsari gratiis respondit, quod
 hæc

Sæc. XVII. hæc arma non adversus Cæsarem, sed
 A.C. 1609. ejus Consiliarios parata haberent, com-
 mitia autem hæc intra triduum celeb-
 rari rogarent. Ut vero armorum, sed
 ditionis, ac publici tumultus metu Cæ-
 sarem ad sua vota eo facilius inclina-
 rent, crebro rumore de opprimendis
 Protestantibus in vulgus sparso, tumultus
 concitabant, cumque sequenti se-
 ptimana rursus in Curia congregati es-
 sent, illi, qui in conventu non erant,
 divulgabant, in Jesuitarum & Mona-
 chorum collegiis, necnon in curia ve-
 teri milites in Protestantium perniciem
 congregatos latere: ast hujus rumoris
 falsitas, frausque mox detecta est, cum
 nullibi nisi in Curia paucos milites re-
 periissent, quibus tamen arma auferre
 præsumentes, apud Cæsaris Ministrum
 de tali militum concursu proterve questi
 sunt. Rursus spargebatur, quod Bo-
 dovitsius in vincula coniectus fuisset,
 qui tamen paulopost cum suis sociis re-
 versus, deprædicata summa Cæsaris be-
 nevolentia factiosorum animos ab hoc
 infano errore liberabat: Eadem nocte
 novus increbuit rumor, quod quidam
 militum Tribunus ad Optimatum Pro-
 testantium ædes invadendas Policia-
 strum sibi parari curasset: verum denique
 hosce sermones studiose adinventos
 fuisse compertum est: ridiculum tamen
 erat,

erat, quod Protestantes Catholicis ne-
quidem ad sui defensionem arma neces-
saria permittere voluerint, ipsi tamen
ad nutum minimumque rumorem mul-
ta armatorum millia adversus Catholi-
cos parata in urbe haberent.

Sæc. XVII.
A. C. 1609.

§. L.

*Nova Ordinum comitia a Cæsare
Pragæ indicta.*

Nondum tot tantisque Protestantium
injuriis frangi poterat Cæsaris cle-
mentia; cum enim pacis tranquillitatis-
que studiosissimus cuncta, quæ salva
Religione posset, suis subditis concedere
paratus esset, eorum importunitati e-
tiam non sine auctoritatis suæ dispen-
dio cedere statuit, quocirca convenien-
tibus tam Protestantium quam Catho-
licorum Statuum Legatis in nova Cu-
ria Pragensi sequens edictum promul-
gari iussit: „Cæsarea Majestas accepta
„& cognita Statuum apologia manda-
„tum suum superioribus diebus publi-
„catum abrogat, & hoc novo man-
„dato omnes status Evangelicos, Con-
„fessionem illi Bohemicæ cum Augustana
„consentienti addictos, pro fidelibus,
„& dilectis suis subditis habet, utpote
„ad quos jura provincialia & juramen-
„tum Regis, æque ut ad omnes alios
Hist. Eccles. Tom. LIV. Bb „Re-

Lundorp.
l. 15. tom. 3.
Ludolph. l. 9.
cap. 2.